



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Apotheca Spiritualem Pharmacorum Contra Litem Contagiosam Aliosque Morbos

Wichmans, Augustin

Antverpiae, 1626

Cap. LVI. De S. Ceadda Episcopo Lindisfarnensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9653

beribus laceratus ei ostendit. qui multū miratus & inqui-
rens quis tanto viro tales esset ausus plagas infligere, vt
audiuit quia causa suę salutis Episcopus ab Apostolo Chri-
sti tanta esset tormenta plagatq; perpeffus, extimuit mul-
tum, idololatriã respuit, illegitimū connubiū abdicauit, su-
scepit fidem Christi & baptizatus, Ecclesię rebus quantū
valuit, in omnibus consulere & fauere cœpit. Beda l. 2. c. 6.
Vę vę pastorib. qui derelinquūt gregē suū in die mala. scili-
cet, In prælio cerui, in pace leones. nō sic ille de quo Poëta:

Qui petit insignem per plurima funera mortem.

Illustre hac in re exemplū dedit S. August. verus Ecclesię
Hippon. pastor. Me putate matrē esse animarū vestrarum.
studeo dissuta consuere, conscissa sarcire, vulnerata curare,
abluere sordida, reparare perditā, & ea quę sunt integra
spiritualibus margaritis ornare. Verē dixit vir sapiens: Præ-
sul vt pręsit & profit suis, ab ijs non absit. ita fecit hoc sæcu-
lo S. Carolus Borromæus, qui diligentissimē omnes suas
parcecias & populos etiam per rupium & montiū abdita,
hieme & æstate obiuit & visitauit, cum singulis agens, sin-
gulos docens, instruens & dirigens in viam salutis. talis &
Martinus Rythouius, qui pio huic muneri immortuus est.
Pascite ergo ô Pastores qui in vobis est, gregē Dei, vt cū ap-
paruerit princeps pastorū percipiatis immarcessibilē glorię
coronam. quod omnibus ex animo voueo, & cum hoc voto

En propero ad toto diuisos orbe Britannos.

C A P. LVI.

De S. Ceadda Episcopo Lindis-farnensi.

SANCTUS Ceadda abbas monasterij Lestingaheu succel-
sit in locum Episcopi Deus-dedit; quo in munere per-
fecti pastoris exemplar se exhibuit. Cū verò anno
672. pestis miserē Angliam depopularetur, postquā annis
LI 2 duobus

Homil. 26
inter 50.

Epist. 5.
Petri c. 5.

Beda li. 7.
c. 7. 8. 9. &
10.

cap. 3.

Psal. 17.

duobus ac dimidio Ecclesiã suã gloriosissimè rexisset, etiã Merciorum prouinciam cui Episcopus datus erat, lues inuasit, adfuitq; superno dispensante iudicio tempus de quo loquitur Ecclesiastes: Quia tēpus mittendi lapides & tempus colligendis. ueruenit. namq; clades diuinitus missa quę per mortē carnis uiuos Ecclesię lapides de terrenis sedibus ad ædificium cæleste transferret: Sicut & hīc sanctus Episcopus per illam luē translatus est. In tantū autē erat timori diuini numinis subiectus & in tantū nouissimorū suorū in omnibus operibus memor, ut si fortē legente eo vel aliud quidpiã agente, repentē flatus venti maior assurgeret, cōtinuò misericordiã Domini inuocaret & eam generi humano propitiari rogaret: si autem violentior aura infisteret, iam clauso codice procideret in faciem atque obnixiūs orationi incumberet. at si procella fortior aut nimbus perurgeret vel esset coruscatio ac tonitrua terras & aëra terrent, tunc ueniens ad Ecclesiam sollicitus orationibus ac psalmis donec serenitas aëris ridiret, fixã mente vacaret. Interrogatus autē cur hoc facerēt, respondit: Nō legistis quia *intonuit de cælo Dominus & Atrissimus dedit vocē suã. Misit sagittas suas & dissipauit eos, fulgura multiplicauit & conturbauit eos.* mouet enim aëra Dominus, vētos excitat, iaculatur fulgura, de cælo intonat ut terrigenas ad timendum se suscitet, ut corda eorū in memoriã futuri iudicij reuocet, ut superbiam eorū dissipet & conturbet audaciã reducto ad mentem tremendo illo tempore quando ipse cælis ac terris ardentibus venturus est in nubibus cum potestate magna ac maiestate ad iudicandum uiuos ac mortuos. propter quod oportet nos admonitioni eius cælestis debito cū timore & amore respondere ut quoties aëre commoto manum ad ferendum minitans erexerit, nec adhuc tamen percutit, mox eius imploremus misericordiam & diffusis penetralibus cordis nostri atque expurgatis vitiōru deribus

rueribus, sollicitè ne vñquã percuti mereamur, agamus.

Locus sepulcri eius tumba lignea est in modum dõ-
munculæ factæ coopertus, habens foramen in pariete, per
quod solent hi qui causã deuotionis illò adueniunt ma-
num suam immittere ac partẽ pulueris inde assumere: quã
cũ in aquas miserint, atque has in firmantibus iumentis
siue hominibus gustandas dederint, mox infirmitatis ab-
sumpta molestia ad cupitę sospitatis gaudia redeunt. Obijt
vir sanctus 672. anno, die 2. Martij.

C A P. LVII.

De S. Edilburga abbatissa.

E Adem lue consumpta est S. Edilburga Anglorum ^{Beda, li 4^o}
regis filia & Sacrarum Virginum Abbatissa, cuius ^{cap. 7.}
festus dies in Rom. Martyrologio ponitur 7. Iulij. Di-
uersa est hæc ab illa Edilburga equè Sanctimonialium san-
ctissima præfecta & Sorore Erconvaldi Episcopi Londo-
niensis, cuius vsque hodie, inquit Beda, caballarium fere-
trum quo infirmus vehi solebat, multos febricitantes vel
alio quolibet incommodo fessos eidem appositos vel im-
positos sanare non destitit. quin & assulæ de illo abscissæ &
ad infirmos delatę, citam illis solent adferre salutem. Flore-
bat siquidem illis temporibus Anglia veluti paradysus Do-
mini abundans lilijis sanctarum Virginum atque violis cœ-
tuũ sanctorũ Monachorũ humiliori loco latitantũ; sed &
Sanctissimis Episcopis, inter quos egregia sanctitate flore-
bat iã dictus Erconvaldus & vtraq; Edilburga. Sed eheu!
nunc facta est in pomorũ custodiã, viticæ ibidẽ & spinæ, ac

Infelix lolium & steriles dominantur auena

Lappæ, tribulig.

Cũ verò prædicta lues in monasterio S. Edilburgæ graf-
faretur & passim quotidie magna multitudo raperetur ad

L I 3

Deum